523

praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante..

Eorund. Aduitalitas Mutua

Comparentes personaliter Coram Officio Actisq praesen. Castren. Capitan. Praemyslien. Nob. Adamus Manasterski Nob. olim Petri Manasterski cum Nob. olim Marina Czerniecka procreatus filius ab Una, et Maria Urzebicka olim Nob. Stanislai Urzebicki cum Nob. olim Anna Gurska procreata filia eiusdem vero Nob. Manasterski Consors Uxor cum eiusdem mariti sui Ut Tutoris Coniugalis personali assistentia et Authoritate ad infrascripta agenda Consensu sani mentibus et corporibus existentes ... iuribus suis ... quibuscunq ... et competen. iuridicae Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni quoad actum praesentem ... se cum ... ac bonis suis quibuslibet totaliter et plenarie incorporan. atq subiicien. palam libere publice ac ... recognoverunt et quilibet ... pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri omnium quorumlibet bonorum suorum ... et obligatorum mobilium et immobilium summarumq quarumvis ... nec non auri argenti Clenodiorum ... vestium vestimentorum, atq stanni ... equorum equitiarum ... habere et in ... post habendos in quacunq forma ... ad ... mutuam Aduitalitatem et Usumfructum ... duntaxat vitae suae tempora et non ultra dederunt cesserunt inscripserunt et assignaverunt ac concedunt inscribunt et assignant praesen.

524

modo et conditione quod si prius Generosum Olim Adamum Manasterski Maritum quam ipsam Consortem Generosam de hac luce decedere contingerit. Extunc Generosa Consors bona generaliter omnia et res suprastas omnes morte Generosi Mariti sui derelinquendas cum eorundem Jure dominio et proprietate omnibusque et singulis eorum utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice usufruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Consortis suae bona quae omnia ac res suprastae Generosi Mariti propria ad successores eiusdem Mariti sui sine quavis contradictione successorum Generosae Consortis pleno Jure redibunt et devolventur. Similiter quoque si prius Generosam Consortem Olim Marinam Bienbiska quam ipsum Maritum Manasterski mori evenerit. Extunc Generosus Maritus bona quae omnia morte Generosae Consortis derelinquenda cum omnibus eorum utilitatibus et usufructibus quoad vixerit tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice usufruetur. Post mortem vero eiusdem Mariti praemissa bona Generosae Consortis propria ad successores eiusdem Consortis sine quavis contradictione successorum Generosi Mariti totaliter et plenarie devolventur. His suis [...] personalibus Recognitionibus ad [...] Acta mediantibus.

27/VI 1659

Actum in Castro Pr[e]mis[l]iensi Feria Sexta an[te] festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Tymieniecki